



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

ducem, Alberto marchioni iterum composuit : Viuebat antiquum in pectore vulnus, amor videlicet Saxoniae in corde Alberti : Sed dupli stemmate Henrici excluditur : Nam & auia eius paterna Magni ducis fuit filia, quomodo & Alberti mater : Insuper Henrici mater erat Lothar iij filia, quae alio iure traxit ad illum Saxoniae du- catum. Quo tempore idem Henricus grauiter institit Vicelino, ut ferulam pastoralem, hoc est, inuestituram temporalis domini, ab ipso acciperet : Sed vetuere Bre- menses, regale munus afferentes, inuestiri episcopos ad formam inter Calixtum Papam & Henricum V. Impe- ratorem constitutam. Venit rex in Saxoniam incunabu- la patrum visurus. Vxorem autem quam tenebat Hen- ricus, quia ob propinquitatem legitimè habere non po- terat, interuenientibus apostolicis legatis, cum gratia di- misit, separatus ab illa per sententiam, quam vocant di- nortij. Nec diu superfuit vir sanctissimus Vicelinus, an- no V. sui pontificatus decebens apud fratres suos in Fal- dera, hoc est, Nouo monasterio tumulatus. Quo mortuo, fratres eius se retraxerunt ab vnione Aldenburgensis episcopatus : quippe qui Bremensi ab antiquo pertine- rent. Successit illi in episcopatu Geroldus ex ministeria- libus Henrici ducis. Rex autem Fridericus in Magde- burgio Pascha celebravit : inde instituens profectionem primam in Italiam : Iurare fecit principes eandem ex- peditionem : Nouerat enim tergiuersationes multorum : Non ignorabat quam difficulter inibant logam & sum- piuosam peregrinationem : Ideo simplici promissione in- tantare contentus non erat.

## CAPVT XVI.

**A**nnus erat post mille centum quinquagesimus- quintus, cum rex iter ingressus, magno princi- pium

pum concursu mouebat in Italiā : Aderat Henricus  
dux Leo cum Geroldo suo Aldenburgenſi electo : qui  
cum Bremeris archiepiscopus consecrare recusat,  
quod non legitimè electus, sed sola ducis assumptione  
proiectus esset, Romam secum duxit ibi consecrandam.  
Erant ſimultates aliae inter ducem & archiepifcopum,  
quod dux prædia ecclesiæ velut ſua haberet, & pro-  
pellano uti conſtitueret antiſite : quæ vetus præde-  
ſorum quoq; ſuorum iniuria fuit. Sed Henricus ſatus  
ſua atq; ecclesiæ dignitate agebat. Ergo quæ archie-  
ſcopus conſecrare noluit, Romā eius rei gratia perduo,  
non confirmationis, ut nunc agitur, (necdum enim Ro-  
mana ecclesia tantū ſibi iuris in omnes omnium prouin-  
ciarum ecclesiās vendicabat) ut niſi confirmatione aper-  
ſtolica epifcopus nō haberetur legitimus: Id enim poſte-  
riora tēpora adiuenerūt. Nec ibi quieuit Ro. ecclieſa  
donēc annatas quoq; ſibi ex omni Christianismo adue-  
caret. Rex ergo profectus proſperè, venit in Lombardia:  
Inde Terdonam, quæ rebelles illi oſtendit animos:  
quam obſidens, ac non multò pōſt capiens, cōtendit ma-  
xima celeritate Romā. Trepidatum eſt in urbe Romā ad  
celerem Imperatoris aduentum: Senatus Romanus ob-  
uiā regi misit oratores, qui dicerent, paratos eſſe Ro-  
manos excipere regem triumphaliter, ſiſe Imperator  
gerat more. Quo percontante, quid illi faciendum da-  
cerent: Illi responderunt, Si vinc̄tos p̄ ſe ferri cura-  
catenatos tyrannos, & aureo curru residens, diuina  
gentium Urbi inferret: ſenatusq; promitteret appendi  
XX. millia libras argenti, ut eſſet veteribus conſtruimus  
legibus: magnificum & munificum videri triumphaliter  
exceptum, quem principes regem fecerint, ſenatus  
populusq; Romanus, Cæſarem ſibi conſtitueret. Sub-  
dens

dens rex: Grata, inquit, pmissio, sed cara nimis licita-  
tio: Magna requiritis viri Romani de exinanita came-  
ra nostra: Venimus aurum de Italia sumere, non argen-  
tum inuehere. Quod si occasionem queritis nobis rebel-  
landi, non tantum vobis laborandum erit: habetis paratum  
bellum ubi voletis: Si tamen consilio nostro putaueritis  
retendum, consuliūs, quid amici, quam quid armati posse-  
mus, experiendum vobis ducimus. At illi pertinaciter in-  
stabant iura suæ ciuitatis tueri. Rex, illis contemptis, ad  
Pontificem Hadrianum, qui ab Urbe declinauerat, incer-  
tus quid exercitus tantus moliretur, misit oratores, ut ad  
colloquium mutuum fieret conuentus. Pontifex dignatione  
sua flectere contenderat Germanorum formidatam inso-  
lentiam, & venit in castra regis cum solenni, pontificeq;  
summo digno comitatu. Rex cœcitus occurrit venienti,  
& ab iumento descendenti strepā fertur tenuisse sellæ,  
acceptumq; reuerenter per manū in sua tentoria perdu-  
xisse. Bambergensis tū episcopus verbū regis proloqui-  
tu, ait: Honorabilem tuæ sanctitatis præsentia apostolice  
Pontifex, sicut dudum desideranter optauimus, ita nunc  
latanter suscipimus, gratias agentes omnium largitoris  
bonorum Deo, qui nos deduxit & adduxit in hunc lo-  
cum, & sacratissima visitatione tua nos dignos fecit.  
Notum ergo tibi esse volumus reuerende pater, quia  
omnis ecclesia de finibus orbis ad honorem regni colle-  
cta, adduxit principem suum ad tuam beatitudinem,  
prouehendum per te ad culmen Imperij: Hoc meretur  
nobilitas, prudentia, fortitudo, Dei timor, & catholicæ  
pacis amor in corde illius regnans, & sancta Roma-  
na ecclesia cultus non vulgaris: Eccè te venientem  
excepti venerabundus, tuis sanctissimis vestigij humi-  
lier prouolutus: Ergo venerande pater, tu circa  
ipsum

ipsum peragat, ut quae ei desunt de plenitudine Imperii  
lis culminis, per tua beatitudinis munificentiam supple-  
antur. Papa refert: Audiuius frater episcopus, qualem  
queris, speciosa quidem dicta, sed non opere exhibita:  
Friuolum potest videri quod dicimus, & tamen in mu-  
mo commissa negligentia, facit argumentum de maxi-  
mis: Ab iumento descendentibus nobis, strepam tenuit  
sellæ sinistram, nescimus ad irrisiōnem, an aliossem,  
cum dextera fuisse obsequenti contrectanda. Rex ho-  
machanti similis, risu soluitur: minimum se studuisse  
respondit strepitis apprehendendis: Tu primus es, pater,  
cui talis officio deseruimus. Deinde iam commotior: Sicut  
velim, officiū hoc genus ex debito an sit, an beneplacito?  
Quod si ex benevolentia descendit, quis causabitur ne-  
gligentiam in spontaneo? Sin ex debito, parum interisse  
putamus quo latere accessit, qui venerabundus adorat.  
Hac verborum vicissitudine, qua multo plura inter col-  
laterales amborum fuere, sine osculo discesserunt.

## CAPUT XVI.

**P**ostero die reuocatus in castra pontifex, adegit. Rex  
iam experimento doctior, quam debuit, strepam  
apprehendit. Consedentibus iterum papa verbum fecit:  
Solebant, inquit, qui ad coronam petendam venerantur,  
prisci etatis principes, insigni aliquo facto Romanati-  
clesie benevolentiam promiseri: ut suo velut officio pre-  
uenientes benedictionem, iam debitam coronam omni-  
bus præclaro facinore testarentur. Sic Karolus dum do-  
muit Longobardos: Otto dum compescuit Berengarios:  
nouissimus Lotharius dum Normannos reprimet, co-  
ronam Imperij meruere: quo circā serenissimus rex  
Apuliam Romanae ecclesie peculiarem prouinciam, iam  
à Normannis occupatam, nobis ecclesiæq; restituat: de-

indē  
spona  
re, at  
copijs  
benea  
pœnit  
armis  
clesie  
spond  
rereg  
colloc  
seprin  
rolldu  
secreta  
Brem  
am 8a  
à pont  
mumu  
Sed d  
mores  
tos, R  
consul  
spectu  
exercit  
lant N  
multu  
gradu  
bacch  
autem  
egressi  
pulsis  
gia He